Versor, Johannes: Quaestiones super libros Ethicorum Aristotelis (cum textu)

[Cologne]: Heinrich Quentell, 1494 Seite 149



Post hec autem de amicicia seq̃tur vtiq̧ pertransire. est em̄ virtus quedaꝫ vel cum virtute. Adhuc maxime necessarium in vita sine amicis enim nullus vtiq̧ eligeret viuere habens reliqua bona omnia. Etenim ditantibus ⁊ principatus et potentatus possidentibus videtur maxime amicis esse opus. Que enim vtilitas talis bone fortune ablato beneficio quod fit maxime et laudabilissimum ad amicos. Vel qualiter vtiq̧ seruabitur quis et saluabitur sine amicis. quanto enim maior tãto minus secura. Inopiaq̧ ⁊ reliquis infortunijs solum existimant refugium esse amicos. Et iuuenibus autem ad impeccabile. ⁊ senioribus ad famulatum et ad deficientiam actionis propter debilitatem adiutorij hisq̧ qui in summo ad bonas actiones simulq̧ duo venientes etenim intelligere ⁊ agere potentiores Naturaqꝫ inesse videtur ad id quod genito nõ solum in hominibus sed in volatilibus ⁊ plurimis animalium ⁊ his qui vnius gentis ad inuicem ⁊ maxime hominibus. vnde et philantropos laudamus. Videbit autem vtiqꝫ aliquis ⁊ in erroribus vt familiare omnis homo homini et amicum. Videtur autem et ciuitates continere amicicia et legispositores magis circa ipsam student q̃ȝ iusticiam Cõcordia enim simile aliquid amicicie videtur. hanc autem maxime appetunt. et contentionem inimicam existentem maxime expellunt. Et amicis q̃dem existentibus nihil opus est iusticia: Iusti autem existentes indigent amicicia ⁊ iustorum q̃dem maxime amicabile esse videtur. Non solum autem necessarium est sꝫ et bonum. Philophilos enim laudamus philophiliaqꝫ videtur aliquid bonorum esse ⁊ quidam eosdeꝫ existimant viros bonos eẽ ⁊ amicos Dubitautur autem de ipsa non pauca hij quidem enim similitudinem quandam ponũt ipsam et similes amicos. vnde similem aiunt ad similem et caloyum et quecunq̧ talia. hi autem ex contrarietate singulos tales omnes ad inuicẽ aiunt esse. Et de hisipsis superius querunt et naturabus euripedes. quidem dicens desiderare quidem pluuiam terram siccatam Desiderare autem venerabile celuꝫ impletum pluuia cadere in terram. Et eraclitus contrarium conferens ex differentibus optimam armoniam et omnia ſm litem fieri. ex contrarietate autem his alij et empedocles. simile enim simile appetit. Naturalia quidem igitur questionum relinquũtur. non enim presentis intentionis. quecunq̧ autem sunt humana et conuenientia ad motus ⁊ passiones hec intendamus. Puta vtruꝫ in omnibus sit amicicia vel non possibile malos existentes amicos esse. ⁊ vtrũ vna species amicicie est vel plures. Vnã quidem enim existimantes quoniam recipit q̃dem maius et minus non sufficienti crediderunt signo. recipiunt em̄ maius ⁊ minus ⁊ altera specie. dictũ est aũt de ipsis superius

## Circa initium octaui libri ethicorum

Queritur primo. vtrum moralis philosophus habet tractare de amicicia. Arguitur primo ꝙ non. quia ipsa est cõmunis animalibus brutis et hominibus. ergo de ipsa determinare pertinet ad librum de animalibus. in quo fit mentio de naturalibus motibus animaliuꝫ. Secundo arguitur. ipsa maxime valet ad ciuitatum conseruationem. ergo ad politicum (qui omnia ordinat ad bonum ciuitatis) pertinet de amicicia determinare Tercio arguitur. de ipsa sufficienter est determinatum in quarto huius sub nomine affabilitatis. ergo ꝛc. In oppositũ est phs in textu.

## Sciendum primo

Qꝫ postq̃ȝ philosophus determinauit de virtutibꝫ moralibus et intellectualibus. ⁊ continentia ⁊ incontinentia. que est quid imperfectum in genere virtutis. Hic cõsequenter determinat de amicicia que sup virtutem fundata est tanq̃ȝ quidam virtutis effectus

Sciendum secũdo. ꝙ postq̃ȝ philosophus prohemia



TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT

http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iii-95/0149

Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt